

Hoc patet ex indulto Bullato Leon X. concessio Minoribus de Observantia, & refertur in compendio Mendicantium, verb. Benedicere, num. 14. Ita Auctores mox citandi

18.

Dico tertio, possunt Prælati Regulares, & etiam eorum Vicarii, ac præfidentes post. 24. horas benedicere ornamenta, & corporalia, ut habetur ex privilegio Innocentii VIII. per Bullam authenticam concessio Augustinians, ut refert Castarrubius, verb. Benedicere, num. 8. quod etiam Iulius II. concessit Minimis, ut testatur Castarrubius citatus num. 11. Peirinis tom. 1. Privileg. Minor. Constit. 11. Julii II. quod etiam pro Minoribus concessit Leo X. ut referunt idem Auctores, & Pius V. hoc indultit Patribus S. Justinae de Padua, Portel, verb. Benedicere, de quo etiam participant omnes alii Religiosi cum eis communicantes. Lezana tom. 5. verb. Benedicere, num. 8. & 9. Rodriguez, Miranda Fragoi, quos citant, ac sequuntur Fr. Martin. à S. Joseph, pag. 22. num. 16. Vidal, Inquisit. de jurisdict. n. 25.

19.

Dico quarto, prædicti Prælati Regulares, ac etiam eorum Vicarii, ut dixi superiori conclusione possunt benedicere prædicta ornamenta, ac corporalia, tam pro suis Ecclesiis, quam pro alienis, ac extraneis ex quacunque orbis parte; prædicta enim privilegia sunt absolute, & simpliciter concessa, ergo absolute, & simpliciter sunt intelligenda, ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Ita Martin. à S. Joseph, citatus fol. 223. num. 15. & Vidalius proxime citatus Pellizar, tomo secundo, tract. 8. cap. 5. sect. 3. num. 105. & 113. Fr. Antonius ab Spiritu Sancto in Directorio, tomo primo, tract. 2. disp. 1. sect. 3. num. 134.

Nec obstat id, quod in contrarium obijciunt Gavantus verb. Benedicere; & Bordonius tomo primo, Resolut. 17. num. 9. & M. Lezana verb. Benedicere, num. 8. & 9. Sacram Congregationem declarasse anno 1609. die 13. Martii, Prælatos Regulares non posse uti dicto privilegio, nisi in rebus, in quibus Sacra Unctio non adhibetur; & pro servitio dumtaxat Monasteriorum, & Ecclesiarum propriarum. Respondetur non constare nobis authenticè de tali declaratione, quod erat necessarium ad ejus fidem, ac observationem, juxta declarationem ejusdem Sacrae Congregationis sub Urbano VIII. die 11. Augusti 1632. & referunt Vidalius Inquisition. de jurisdict. n. 25. Lezana verb. Sacra Congregatio, num. 5. Pellizarius tom. 2. tract. 10. cap. 10. num. 43. ad finem. Ubi præcipit Sacra Congregatio, quod talibus declarationibus sive impressis, sive imprimendis, nisi fuerint authenticæ, nulla adhibeatur fides sive in judicio, sive extra, & ideo quoad opposita declaratio data anno 1609. non ostenditur authenticè, standum est Bullato privilegii citatis conclusione hac 2.

21.

Dico quinto, quod hæc sit regula generalis ex privilegio Bullato Leonis X. concessio Minoribus, quo gaudent alia Religiones cum eis participantes, ubi extenditur facultas benedicendi, ad quacunque ad divinum Cultum, & usum Fratrum necessaria, in

quibus Christum non intervenit. Ex quo fit quod possunt benedicere Pixidem, seu vas, in quo Christi corpus reservatur, quod etiam patet ex privilegio Innocentii VIII. Bulla V. ex Julio III. Possunt etiam benedicere campanas, Imagines, Cruces, ex modo citatis privilegiis Innocentii, & Julii. Ita Suarez tomo quarto, de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 30. num. 1. & 4. Tamburinus tom. 1. de jure Abbatum, disp. 23. quest. 3. num. 7. M. Lezana verb. Benedicere, num. 11. & 12. Pellizarius tom. 2. tract. 8. cap. 5. sect. 3. num. 105. Fr. Anton. ab Spiritu Sancto in Director. tom. 1. tract. 2. disp. 1. sect. 3. n. 136.

Mentio tamen notant hi duo ultimi Auctores, scilicet Pellizar, & Fr. Anton. cum Lezana Regular verb. Benedicere, ex Tamburino. Quod facultas concessa ab Innocentio VIII. & Julio III. ad benedicendas res proximè dictas, non restringitur tantum ad benedicendas res proprias benedictorium, sed conceditur ad benedicendas res alienas, ac aliarum Ecclesiarum, scilicet Imagines, Cruce ac Pixidem, in quo Christi corpus servatus, juxta communem regulam, ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.



RESOLUTIO XVIII.

Bigamia.

QUESTIO UNICA.

Utrum Prælati Mendicantium possint dispensare in Bigamia?

SUMMARIUM.

- 1 Quid, & quotuplex sit Bigamia.
- 2 Proponitur pars negativa.
- 3 Prælati Regularis potest dispensare cum suis subditis bigamis quoad Ordines Minores.
- 4 Prælati possunt dispensare cum suis subditis in omni bigamia.
- 5 Bulla Pauli III. pro una die.
- 6 Ex dispositione Bullæ aperte colligitur facultas.
- 7 Privilegium explicandum secundum antiquam consuetudinem.
- 8 Aliud privilegium ex compendio Societatis.
- 9 Stylus Curia varius & non obligat in lex. & num. 10.
- 11 Sub clausula generali venit Bigamia.
- 12 Privilegia Regularium in eorum favorem explicanda.
- 13 Absoluti non solum pro foro interiori, sed etiam exteriori.
- 14 Prælati Regularis potest dispensare in omni irregularitate, in qua solet Pontifex dispensare.

BIGAMIA, vox est Græca, & significat multiplicatum matrimonium. Inde, qui duplex contrahit matrimonium dicitur Bigamus. Bigamia

Bigamia autem triplex est, prima vera, & realis. Secunda, interpretativa, seu ficta. Tertia, similitudinaria. Vera & realis est, quando quis validè contraxit cum duobus, & consummavit. Interpretativa, seu ficta, quando quis revera non contraxit duo matrimonia, sed juris fictione, ac interpretatione, censetur contraxisse, ut si quis contrahat cum vidua, ac corrupta. Similitudinaria est, cum ex eadem juris interpretatione, duplex matrimonium reputatur, ut cum quis post votum solemnè castitatis contraxit cum Virgine, eamque cognoscit. Ita communiter Doctores. Noster Baconius in 4. distinct. 25. artic. 3. M. Cornejo tract. 5. de irregularitate: disput. 10. dub. 1. & 2. Suarez tom. 5. ad 3. part. cap. 3. Bonacina de censuris, disp. 7. q. 2. punct. 5. Qui omnes bene notant hanc irregularitatem dici ex defectu, non quia ad eam semper præsupponatur culpa, sed quod iterata matrimonii repetitio, non aptè repræsentat conjunctionem Christi unius cum una Ecclesia, quæ est Virgo pura incorrupta, sine macula, & ruga.

Tota difficultas in hac materia in eo vertitur, an Prælati Regulares possint cum suis subditis dispensare in hac irregularitate Bigamiæ, & de hoc mihi olim fuit magna controversia, cum quodam viro satis docto, & partem negantem tueretur Fr. Bartholom. de Vechis in praxi observanda, disp. 9. dub. 15. num. 2. Afcancius Tamburinus tom. 2. de jur. Abbat. disp. 17. q. 3. n. 2. & alii, quos citat, ac sequitur Barbosa de potestate Episcopi, p. 2. allegat. 49. num. 18. Pro hac sententia etiam stat Lezana tom. 1. summa; cap. 18. num. 42. & Diana tom. 4. tract. 2. Resolut. 63. concedit tamen fieri posse in bigamia similitudinaria, quorum fundamenta postea apponam in hac difficultate.

De eo primò. Quod Prælati Regularis ex mendicantibus potest dispensare cum suis subditis bigamis ad Ordines minores. Ita D. Thom. in 4. distinct. 27. art. 2. Sylvester verb. Bigamia, q. 6. Miranda tom. 2. q. 8. art. 2. §. Secunda conclusio. Sayrus lib. 6. cap. 6. num. 11. & 13. M. Petrus Cornejo in 3. part. D. Thomæ, tract. 5. de irregularitate, disp. 10. dub. 1. quest. 5. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 86. num. 11. Azor. part. 2. lib. 5. cap. 20. quest. 2. & lib. 6. cap. 4. quest. 8. & 11. Joannes de la Cruz in Direct. part. 2. de irregularitate, dub. 1. conclus. 1. Probatur, quia Episcopi possunt dispensare cum suis subditis bigamis ad Ordines Minores, ut tenent citati Auctores, & alii multi, quos late adducit allegatus Barbosa allegat. 49. num. 24. & constat ex cap. Lector. disp. 34. ergo etiam Prælati Regulares deducto argumento ex cap. Cum illorum de sententia excommunicat. Deinde, ut tenet Sotus in 5. distinct. 27. quest. 3. conclus. 4. quia per Ordines Minores non ita est homo addictus ad res sacras, ut interveniente bigamia, vel alia irregularitate reſpugnet, ut Prælati, seu Abbates queat dispensare, cum in hac re plus potestatis habeant Prælati Regulares, quam Episcopi, ut tenet Sayr. citatus, n. 23. referens alios.

Dico secundò, quod Prælati Regulares, ut Abbates, Generales, Provinciales, ac Priores

Baconius. Cornejo. Suar. Sayrus. Bonacina.

Vechis. Tambur.

Barbosa.

Lezana. Diana.

3

D. Thom. Sylvest. Miranda. Cornejo. Sanchez.

4

possunt dispensare cum suis subditis in bigamia vera, interpretativa, ac similitudinaria, Avila etiam publica, ac manifesta. Ita Avila de censuris, part. 7. disp. 8. dub. 4. §. Octava conclusio. Henriquez lib. 12. cap. 6. n. 11. liter. Z. Portel. in Additionibus ad dubia Regul. verb. Dispensare, num. 4. & 5. Hieron. Rodrig. in Additionibus Resol. 16. n. 14. Bassæus verb. Abbas, §. 3. M. Cornejo in 3. p. D. Thomæ, tract. 5. de irregularitate, disp. 10. dub. 1. in fine Carcere lect. 12. fol. 603. Carreres. Pellizar. tom. 1. tract. 9. cap. 3. n. 135. Lezana verb. Irregularitas, in summa, num. 72. Dicitur quod Prælati ea uti possunt. Peirinis de Relig. Prælat. tom. 2. q. 2. cap. 5. §. 8. num. 99. Castro Palaus tom. 5. disp. 6. de censur. punct. 8. n. 21. Nobiscum confert Bordonius saltem in bigamia similitudinaria. Ait enim cap. 4. de Professis, q. 56. §. Bigamum, quoad Ordines Minores; imo quoad majores.

Probatur ex Bulla Pauli III. concessa Generali, Abbatibus, Prioribus, & præfidentibus Ordinis, Congregationis Sancti Benedicti Vallisolei, refertur quod Bullarium Rodriguez, & in et Bullas hujus pontificis decima est. In qua pontifex concedit, ut quotannis prima die Lunæ Quadragesimæ, hoc est Feria secunda post Dominicam primam Quadragesimæ, & sic habetur: Nos igitur, qui singulorum paterno zelamus affectu, hujusmodi supplicationibus inclinari vobis, qui stante immemorabili consuetudine hujusmodi etiam de cetero perpetuis futuris temporibus singulis annis, prima die Lunæ Quadragesimæ hujusmodi, omnes, & singulas utriusque sexus personas Ordinis, & Congregationis prædictorum Religiosas, ac eisdem Ordini, & Congregationi oblatas, seu donatas, necnon eremitas, sub cura vestra existentes inter septa vestrorum, seu ipsorum pro tempore absolvendorum Monasteriorum, seu aliorum Regularium locorum, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, sententiis, censuris, & poenis, per eos pro tempore quomodolibet incursis, etiam in casibus dictæ Sedi quomodolibet reservatis, exceptis contentis in Bulla, que in die Cœna Domini solita est legi, absolvere; & cum eis super quibusvis irregularitatibus per eos pro tempore, quavis occasione, vel causa contractis dispensare, prout habemus, ut præfertur, consuevistis, dicta auctoritate valeatis plenam, & liberam, eadem auctoritate tenore præsentium concedimus facultatem. Ubi pontifex generaliter, & verbis maxime universalibus loquitur, nulla facta exceptione, nec de homicidio voluntario, publico, seu occulto, nec de mutilatione, nec bigamia, & ubi lex nullam ponit limitationem, nec nos ponere debemus; maxime cum hæc concessio sit pro personis religiosis, & una die tantum anni, ut notant citati Auctores.

Probatur secundò, ex ipsa dispositione, ac concessione Apostolica: nam quando pontifex dat facultatem ad absolvendum à peccatis, sententiis, & censuris apponit exceptionem in casibus Bullæ Cœnæ: exceptis contentis in Bulla, que in die Cœna Domini solita est legi. At verò ad dispensandum in irregularitatibus absolute, & sine ulla limitatione facit concessionem: Super quibusvis irregularitatibus per eos pro tempore

Henric. Portel. Rodrig. Bassæus. Cornejo.

Carreres. Pellizar. Lezana.

Paul. III. Rodrig.

6

tempore, quavis occasione, vel causa contractis, ergo sicut in casibus, ac censuris Pontifex potest exceptionem, si eam etiam voluisset dari in irregularitatibus, eam etiam exprimeret, atqui eam non expressit, nec apposuit, ergo nullam esse voluit.

7. Probatur tertio ex eadem bulla Apostolica, quia praedicti Religiosi illi Vallis soleti habebant ea immemorabili consuetudine prima scilicet secunda quadragesimae dispensari in omnibus irregularitatibus, absque ulla exceptione sua sanctitas indulget, ac concessit juxta suam immemorabilem consuetudinem, stante immemorabili consuetudine, prout hactenus, ut praefertur, consuevisit. Atqui ut testificantur Reverendissimi Patres Abbates, & Doctores, ac Regentes Ordinis Sancti Benedicti, quorum subscriptiones apud me sunt, quod antiqua, & recepta eorum consuetudo est, quod eorum Praelatus supradicta die suos subditos solemniter, ac publice absolvit, d. l. pensatque cum eis in omni irregularitate absque ulla exceptione, quavis causa, vel occasione contracta, tam in foro interiori, quam exteriori, & quod talis sit usus, ac stylus praedictae Religionis ab antiquo. Et cum indultum Apostolicum respiciat antiquam, ac immemorabilem consuetudinem, in eaque fundetur, secundum illum est exponendum, ac interpretandum. Ita D. Thomas 2. 2. quae. 186. art. 9. ad secundum. Glossa in cap. Nonnulli de rescriptis. Bartolus in l. omnes populi de iustitia, & jure. Suarez lib. 7. de legibus cap. 17. num. 1. ubi multos citat. Miranda tom. 2. quae. 44. art. 4. §. Conclusio. Testatur esse omnium, & aperte colligitur ex cap. cum contigas de foro competentis, cap. conquestus 9. quae. 3. ubi Glossa ex utroque jure multos adducit.

8. Probatur: quia Sixtus I V. ut refertur in compendio Minorum, verb. Absolutio extra ordinaria quoad fratres §. 4. Concessit facultatem Carthusiensibus dispensandi in omnibus irregularitatibus; excepto homicidio voluntario, & mutilatione, cum igitur non excipiatur Bigamia, ut ait Castro Palans citatus, censenda est in clausula generali comprehensa, quia potestas dispensandi late est interpretanda. Deinde ut notant idem Palaus, Portel. in dubiis, reg. verb. dispensare, n. 4. & Peirin. citatus, quod in compendio Societatis Iesu verb. dispensare, §. 5. & 6. Dicitur, quod Generalis ipsorum potest dispensare cum suis subditis in Bigamia, ac proinde ratione hujus privilegii qualiter die poterunt Praelati Regulares dispensare in Bigamia.

9. Primum pro contraria parte opponunt Auctores adversarii, quod sit contra communem curiae stylum ex privilegiis dispensare in Bigamia, juxta quendam casum relatum à Navarro.

10. Sed contra. Talis stylus poterat esse tempore Navarri, non vero hodie, nam etiam ipse Navarrus tenet cap. 27. num. 250. quod secundum Curiae stylum poenae veniunt sub nomine censuratum, & tamen Ledesma tom. 1. summa, tit. de censuris, cap. 1. dub. 2. testatur contrarium esse stylum Curiae; ex quo affirmat Cevallos communes contra communes, §. 737. num. 21. Quod stylus Curiae, modo sit albus, modo niger, ex quo etiam infert ipse Auctor

quod stylus Curiae non obligat in patribus distantibus, ac remotis, ita habet eodem loco, num. 20. Filius in cap. Rodolphus de rescriptis, Ferrerus. Albericus. num. 22. verus. Ubi autem Ferrerus consil. 52. n. 3. Albericus in dictionario, verb. Curia, qui optime debeat rem scire; nam ipse Praetorius Romae exitit. Deinde satis vulgaris, ac celebris opinio est, quod stylus Curiae non habet vim legis, ut docent Vasquez 1. d. 177. c. 8. num. 75. Salas de legibus, disp. 19. sect. 19. Bonac. disp. 1. de legibus, quae. 1. punct. 4. n. 14. §. Idem cum Trullench. in Bullam Cruciatam, dub. 3. proemial. & citat. Sanchez in quae. selectis, disp. 48. num. 1. Proindeque tot, ac tantis Auctoribus optime stabilitur sententia, quod non habeat vim legis. Deinde esto concedamus, quod talis stylus habeat vim legis, non tamen tollit, ac abolet antiquas consuetudines locorum, ac privilegiorum. Suarez lib. 7. de legibus cap. 20. num. 6. & 7. num. 18. & deducitur ex l. hares absens ff. de iudiciis, l. praecipimus, cap. de Appellationibus, Cod. cum expediat, & c. 1. de constitutionibus in 6. ergo immemorabilis consuetudo Religionis D. Benedicti non aboletur per talem stylum.

11. Secundò opponitur, quod ad dispensandum in Bigamia, non sufficit clausula generalis in quibusvis irregularitatibus. Sed contra quod Bigamia veniat sub clausula generali, inde probatur. Nam Sixtus IV. concessit indultum Generali Carthusensi, ad dispensandum in omni irregularitate, excepto homicidio, & sub illa clausula. In omni irregularitate intelligitur Bigamia, in qua praedicti Praelati poterunt dispensare in foro conscientiae, ut tenet Compendium Societatis Iesu, verb. dispensare, §. 4. compendium S. Hieronymi, verb. Ordines sacri, §. 6. Henriquez lib. 2. de Matrim. cap. 9. num. 11. Avila de censuris part. 7. disp. 8. §. 8. conclusio. Suarez tom. 4. de relig. lib. 2. cap. 12. unum. 9. Portel. citatus in dubiis, verb. dispensare num. 4. Imò Concilium Trident. sess. 24. cap. 6. dans facultatem Episcopis dispensandi in foro conscientiae in omnibus irregularitatibus, intelligunt etiam Bigamiam, Reginaldus lib. 30. tract. 2. num. 29. §. 7. Layman lib. 1. tit. 5. part. 5. cap. 9. Lorca 2. 2. disp. 45. quae. 11. art. 4. num. 10. ergo sub clausula generali adhuc intelligitur Bigamia, & ita habetur in praxi apud Religionem D. Benedicti, cui indultum concessum est.

12. Tertio opponunt; quod in generali concessione non veniunt ea, quae in specie non concederentur, & quod Pontifex non concederet in Bigamia, hoc erat probandum: & quod concederet, pater ex dictis, tum quia in irregularitatibus nullam facit exceptionem, sicut in casibus, ac censuris, tum ex consuetudine Religionis D. Benedicti, ut hactenus facere consuevisit, ut jam dictum est, & quamvis in hoc esset aliquod dubium, privilegia Regularium in eorum gratiam, & favorem sunt intelligenda ac explicanda, ut concessit Leo X. Congregationi Camaldulensi. Iulius I. Congregationi Montis Oliveti. Alexander V I. Religioni D. Benedicti. Ut refertur compendium Societatis Iesu, verb. Privilegium. Rodrig. tom. 1. Regul. quae. 11. art. 6. §. Decima Regula.

Quarto opponunt indultum concessum esse

D. Thomas. Bartolus. Suarez. Miranda. Glossa.

Castro Pal.

Portel. Peysin.

Navarro.

10.

Ledesma.

Cevallos.

Filius. Ferrerus. Albericus.

Suar.

11.

Sixtus IV.

Henriq.

Reginald. Layman. Lorca.

12.

13.

pro serenitate conscientiae; ergo tantum pro foro interiori, & non est utile ad exteriora. At hoc nullam habet difficultatem; quia illi Religiosi obtinebant immemorabilem consuetudinem dicta feria secunda post Dominicam primam dispensandi in omni irregularitate; cuius rei cum initium ignorarent, pro quiete suae conscientiae impetrarunt indultum à Pontifice, quod eis concessit prout hactenus facere consueverant; eorum autem consuetudo erat tam pro foro interiori, quam exteriori. Et confirmatur; quia talis dispensatio fiebat solemniter omnibus caeremoniis, virgibus, ac ceteris, quibus una absolutio publica, & in facie Ecclesiae fieri solet pro absolutione publica, & manifesta. Ita sit in Religione D. Benedicti.

14. Opponunt quintò, quod ex his sequitur quod Praelatus Regularis possit dispensare in omni irregularitate, ut caecus, vel carens manu possit celebrare. Respondeo quod Praelatus Regularis habens privilegia ad dispensandum in omni irregularitate, potest dispensare cum eo, qui habet corporis defectum, in quo potest summus Pontifex dispensare, & ideo poterunt dispensare cum eo, qui claudicat pede, vel utitur pede ligneo, vel habet in manu unum, vel alterum digitum amputatum, dummodo non sit pollex, ut ego vidi dispensatum. Non tamen poterunt praedicti Praelati dispensare cum caeco, vel cum eo, qui habet manum amputatam, vel caret pollice, quia cum his nunquam legitur summum Pontificem dispensasse ita Rodrig. tom. 1. quae. 24. art. 3. Layman lib. 1. tract. 5. part. 5. cap. 9. n. 7. Miranda tom. 2. quae. 8. art. 3. §. Hac omnia, Bordon. Resol. 11. a num. 7. Roscia in summa, verb. viarius, num. 1. Majolus lib. 1. de irregularitate, cap. 17. Avira part. 7. disp. 3. dub. 3. Peirinus tom. 1. privileg. Minor. in Const. 2. Julii 2 num. 2. 8. & refert Crucem, & alios.

Rodrig. Layman. Miranda. Bordon. Roscia. Majolus.

RESOLUTIO XIX.

Bulla Coenae.

QUESTIO PRIMA.

An quando in jubilaeis, vel privilegio conceditur facultas absolvendi ab omnibus casibus Bullae Coenae intelligatur haeresis occulta?

SUMMARIUM.

- 1 Quid sit Bulla Coenae.
2 Status quaestiois, & quid sit occultum.
3 Prima sententia negat posse absolvi.
4 Secunda sententia & probabilior affirmat.
5 Fundamenta hujus sententiae.
6 Ponitur, & solvuntur fundamenta contraria Ponitur sententia Sancti contra Vasquez.

1. BULLA Coenae ea dicitur, quae ritu veteri Summorata Pontificum quotannis legitur Romae, praesente Papa, feria quinta majoris hebdomadae vocata in Coe-

na Domini, in eaque sunt viginti capita, seu viginti casus reservati Sedi Apostolicae, de quibus multi agunt summiste, horum primus est haeresis, & est celebris, & satis agitata quaestio.

2. An quando in jubilaeo, vel in aliqua bulla, seu privilegio, conceditur alicui facultas absolvendi ab omnibus casibus Bullae Coenae, intelligatur etiam posse absolvi à crimine haeresis occultae. Occultum autem illud dicitur, quod non est deductum ad forum contentiosum, & ignoratur à magna parte oppidi, vel civitatis, licet agnosceatur, ac sciatur à quinque personis, ut latius explicabo agens de confessorio.

3. In proposita quaestione. Prima sententia tenet juxta stylum Curiae Romanae sub hujusmodi clausula generali, quod nunquam haereticis comprehendatur. Ita Henriq. lib. 8. de poenitent. cap. 16. n. 12. Azor. tom. 1. lib. 11. capit. 10. Azor. quae. 12. Sanch. tom. 1. in Decalog. lib. 2. cap. 12. Sanchez. num. 10. Peir de Ledesma in summa 1. part. tract. de Sacram. panis, cap. 13. dub. 15. conclus. 2. Covarr. cap. Alma Mater, 1. part. §. 11. num. 15. Navar. in manuali Latino, cap. 27. num. 275. Simancas de Catholic. institutionibus, tit. 2. cap. 3. num. 2. Gutierrez lib. 1. quae. Canon. cap. 13. num. 26. Grassius lib. 1. decision. aurearum, num. 31. Aragon. 2. quae. 11. art. 3. Ugolinus de censur. tabula 1. cap. 10. §. 4. num. 13. Philarech. de officio Sacerdotis, 1. part. lib. 1. cap. 27. Veiga in summa, 1. part. cap. 12 §. casu 12. Sorbo in compend. mena. verb. Absolutio ordinaria, Gratian. de benedict. 2. part. cap. 10. num. 109. Rodriguez in explicat. Cruciate, quae. 59. Cevallos in commentar. opin. tom. 3. quae. 802. num. 67. Suarez tom. 5. de censur. disput. 7. sect. 5. num. 12. Mirandula de Regul. tom. 1. quae. 6. art. 6. conclus. 1. Homobonus de examine Ecclesiae, part. 1. tract. 5. cap. 6. quae. 35. Torreblanca de Magia, lib. 4. cap. 6. n. 3. & cum aliis probabiliorum indicat Diana 1. part. tract. 5. Resol. 1. §. Sed haec parum

4. His non obstantibus opposita sententia affirmat, quod in Jubilaeo vel privilegio, in quo conceditur facultas absolvendi ab omnibus casibus, etiam contentis in Bulla Coenae possit absolvi poenitens à crimine haeresis occultae. Et ita fuisse declaratum Romae anno 1567. in sacri poenitentiar. & servari in praxi testatur Filiucius tom. 1. tract. 8. c. 10. n. 265. Fillucius. Anton. in Caet. hof. Neapol. lib. 4. cap. 19. affirmat ita fuisse resolutum Placentiae ab Episcopo, & inquisitore illius civitatis, qui postea fuit Cardinalis. Hancque sententiam practitari à Patribus Societatis Iesu testatur Episcopus Zerola tract. de Jubilaeo lib. 2. cap. 18. quae. 3. eamque tenuerunt, ac docuerunt viri Doctissimi Agazo Joannes de Penha, Medina, Lectores Theologiae Salmanticae; & Morgoneio Morgoneio Lector Decreti, & multi alii de hac re consulti per Proviforem Hispanensem, ut refert Vivaldus in candelabro 1. part. tit. de absolutio ne, n. 16. Idem Ovandus in 4. dist. 13. propos. 28. Ovandus. Grassius. dub. 3. opin. 3. fol. mihi 341. Grassius Neapolitan. inquisitor, decision. Aurea, cap. 15. num. 25. in fin. Albertan. in summa Sacram. part. 1. cap. 11. num. 9. in fine. Penha 2. part. commen. 25. Decian. Decian. const. §. num. 13. in fin. vol. 2. Sa. verb. excommu. Sa. Reginald. Reginald. nicario bulla coenae, num. 18. alias 20. Reginald. Alphonf. tract. 1. lib. 8. cap. 5. sect. 1. n. 55. in fine. Alphonf. X 4 de